



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Sebastianus Viera, & quinque Socij Nouitij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

tissima se spectabilem præ-  
buisse.

IVNIUS.

*Blasius Schelling. Coad.*

**I**Ntegerrimi ad vigilandū,  
orandum, laborandum,  
exempli vir. cū, irrumpen-  
te milite Suecico, hæreticis  
S. Sebastiani reliquias, ac the-  
saurum prodere iuberetur,  
fronte fune contorto constri-  
ctâ arbori alligatus; IESVS  
MARIA, aiebat, thesaurum  
non scio. Quare funis & ca-  
put illi gladio fissum est, ce-  
rebrumque dispersum; cada-  
uer fimo contactum.

*German<sup>o</sup>,  
Ebersper-  
ge.  
1. Junij  
1632.  
ætat. 78.  
Soc. 53.*

*P. Cornelius Boudin Godinez.*

Hunc nullius vnquã vio-  
latæ nostræ legis reum fuisse  
dixere attenti quidam, qui  
eum pernouere. SS. Euchari-

*Reliquiæ.*

*Belga .  
apud  
Tarau-  
marenses .  
4 Junij .  
1650.  
ætat. 40.  
Soc 15.*



*Euchar.*

stia Saramentū septies quotidie visitabat. Cū in Indiā proficisceretur, foemina sanctimonie opinione celebris illum hortata est, vt iret porro; quippe vitam istic morte in fidei odium inferendā feliciter clausurum. Per trimestre Cynaloanæ, ac Mexicanae linguæ artem ita perdidicit, vt illam ad leges Onomasticumque scitè redegerit. Crucis signum pro templi propylæo, tanquam fidei labarū, defixit. breuī post ab irruente Ethnicorum manu, Sabbatho, inter probra, quòd Hispanis sacrificijs sacrificulus ipse præesset, quòdque indigenas peregrino dogmate ab idolis auerteret, ad templum & aram vsque, non sinè copiosâ sanguinis effusione pertractus est. Inde verò in  
tem-

*Fides.*

templi atrium iterum, ac cœ-  
 meterium, & ibi variè hac  
 atque illac ad crucem vsque  
 raptatus, in eiusdem crucis  
 amplexu hærens, dum addu-  
 cto vtrinque fune strangula-  
 retur, bis Indicâ clauâ per-  
 cussus, telisque confossus &  
 internectus est; sacrificulo  
 barbaro in sacrificali veste  
 sacris aris insultante. Post  
 bienium eius corpus incor-  
 ruptum repertum esse perhi-  
 bent qui videre; dicentibus  
 barbaris; illum fuisse occisum  
 non aliâ de causâ, quippe in  
 omnes amicè beneficû, quàm  
 quòd Indorum, ac maximè  
 tenerioris ætatis, capita, aquâ  
 perfudisset.

*P. Sebastianus Viera, & quin-  
 que Socij Nouij.*

Sparsæ sunt per Iaponiam  
 illius imagines; vt agnitus

*Lustanæ.  
 Xendi  
 6. Iunij  
 1634.  
 atat. 63.  
 Soc. 45.*